

vel impedit quominus citato ad eum perveniat, aut non satisfacit iudicatis, vel à peccato non emendatur; si tamen occultum sit peccatum, non debet excommunicatio imponi super eos, qui delictum commiserunt; potest tamen poni generaliter, persona non specificata, si damnum non emendaverint. Hoc dicit.

(1) *Es cosa*. Prosequitur dieta Hostiens. in summ. de sent. excomm. vers. quibus excausis.

(2) *La rayz*. Vide cap. *Episcopi*, 11. q. 5. et cap. *nemo*, et cap. *certum*, ubi Gloss. in dict. cap. *nemo* notat, quod ab homine nunquam profertur excommunicatio, nisi propter contumaciam; an autem posset proferri propter præsumptam contumaciam, vide Abb. quod sic, in cap. *tenor*, de re judic. colum. 2.

(3) *Assi como*. Vide 11. quæst. 5. cap. *certum*.

(4) *Se ascenden*. Vide in cap. *quoniam frequenter*, ut lite non contest.

(5) *Sin mandado*. Vide in cap. *certum*, et in 1. cap. de judic.

(6) *Non quieren complir*. Ut in 1. qui restituere, ff. de rei vindicatione, cap. *ex parte*, de verborum signif. 1. creditor, §. *jussus*, ff. de appellat.

(7) *Enmienda de ellos*. Vide in cap. *præceptum*, 52. quæst. 5. cap. *ad audientiam*, de sponsal.

(8) *Quien tal fuerza*. Concordat cum cap. *Romana*, §. *caveat*, de sent. excomm. lib. 6. ubi vide, et cap. *si sacerdos*, de offic. ordin. et ibi Abb. et tradit Hostiens. in summ. cod. tit. §. *quis valeat*, colum. 2. et ibi etiam vide, quid si fiat pro futuris culpis, et vide in cap. *ut animarum*, vers. *statuto*, de const. lib. 6.

LEY XI.—Por quales razones pueden descomulgar sin amonestacion, e como pueden descomulgar a los que tomaren las cosas por fuerça.

Amonestado deue ser (1) aquel que quieren descomulgar, o vedar. Pero cosas hay en que non deue esto ser guardado; assi como quando emplazan (2) a alguno, que venga a Concilio, a fazer derecho de los que se quere llan del, e non viene, nin se embia a escusar, ca el que emplazan en tal manera, tanto vale como si lo amonestassen; e esto se entiende, si le emplazan tres vezes, o una por todas, a que llaman en latin, peremptorias, que quiere tanto dezir, como plazo rematado. Otrsi pueden descomulgar sin amonestamiento al que robasse manifestamente (3) lo ageno, si lo mandasse el Perlado tornar, e non lo quisiesse fazer, o si le pusiesse plazo a que lo dicesse, e non lo quisiesse dar; o si algun Clerigo fiziesse a tau gran pecado, porque lo ouiesse a degradar, si despues non quisiesse fazer enmienda. E non tan solamente los Perlados pueden descomulgar sin amonestacion a los que roban lo ageno, e non lo quieren tornar; mas aun a qualesquier que les roban sus cosas dellos mismos conoscidamente (4), esto pueden fazer, porque ellos non se pueden defender con otras armas, si non con las sentencias spirituales (5). E si otro tuerto, o daño fiziesse algun ome al Perlado en sus cosas, e non gelo quisiere enmendar, despues que lo ouiesse amonestado tres vezes, puedelo descomulgar, o vedar por ello. Ca si tenuto es ome de defender, o amparar a su vezino, con derecho; mucho mas lo debe fazer assi mismo.

LEY XI.—Excommunicationis sententia ferri non debet monitione non præmissa; fallit in vocatis ad concilium trina citatione, seu una peremptoria pro omnibus, ut quærelantibus respondeant; vel si sit publicus raptor, et ab Episcopo requisitus satisfacere nolit; vel si clericus crimen degradatione dignum emendare recuset, item potest Prælati pro manifestis rapinis, sibi factis, excommunicare, monitione non præmissa. Si verò Prælati in suis rebus aliter damnum fiat, poterit damnificantem trina monitione præmissa, ad emendam

excommunicare vel suspendere, quia si tenetur alios defendere, multo magis se ipsum. Hoc dicit.

(1) *Deue ser*. Vide infra proxim. et in cap. *sacro*, de sentent. excomm.

(2) *Emplazan*. Sumptus est iste casus à cap. *certum est*, 11. quæst. 5. et à cap. 1. de judic.

(3) *Manifestamente*. Vide in cap. *ex parte*, de verb. signif. et ibi per Innoc. colum. fin. Abb. in cap. *qua fronte*, penult. col. vers. *oppono contra textum*, de appel. et vide in cap. *Episcopi*, 11. quæst. 5. et vide etiam in cap. 1. de raptor. et quæ dicit Abb. in cap. *cum sit Romana*, col. fin. de appellat.

(4) *Conoscidamente*. Adde cap. *Romana de pænis*, lib. 6. et Innoc. in cap. *ex parte*, el 1. de verb. signif. et Abb. in cap. 1. de maledic.

(5) *Spirituales*. Adde dieta Innoc. in cap. *venerabili*, col. 2. vers. *item dicunt quidam*, de censib.

LEY XII.—En que manera deuen fazer los Perlados, quando quieren deuedar, o descomulgar alguno.

Amonestar deuen los Perlados, o aquellos que tienen sus logares, a los que ouiesse a descomulgar, para guardar la forma que establecio Santa Iglesia, de como lo fiziessen. Ca el que lo ouiere de fazer, deue amonestar primeramente tres vezes (1), a aquel que ouiere de descomulgar, seyendo delante omes buenos, con quien lo prueue, si menester fuere; diziendo que haga enmienda, e se quite de aquello porque lo amonesta: e si non se quisiere emendar, puedelo estonce descomulgar en esta manera: dando sententia contra el por escripto (2), mostrando como lo amonesto, assi como deuia, e porque razon lo descomulga: e si aquel contra quien da la sententia, le demandasse traslado de aquella carta, porque lo descomulgo, deue engelo luego dar, o al mas tardar fasta vn mes: e si aquel a quien demandare el traslado, non gelo quisiere dar, deue fazer ende carta publica, que sea firmada con testigos (3), o sellada con sello conocido que deua valer, porque lo pueda prouar, que gelo demandó; e a este sello llaman en latin, autentico, que quiere tanto dezir, como sello de ome que lo meresce auer por razon del logar que tiene: e esta manera touo por bien Santa Iglesia, que fuesse guardada en la sententia de descomunio. E esto mismo mando que guardassen en las otras sentencias (4), assi como quando ouiesse alguna tierra, o Villa, o Iglesia, a entredezir, o algun Clerigo deuedar de Beneficio, e de officio.

LEY XII.—Præcedere debet regulariter monitio sententiam excommunicationis vel interdicti, et ferri debet in scriptis, ubi monitio præcedens et causa excommunicationis enarretur, et que contra quem profertur, si petat, copia debet edi infra mesem, et super requisitione talis copie confici debet publicum instrumentum, vel litteræ testimoniales, sigillo autentico consignate. Hoc dicit.

(1) *Tres veces*. Adde cap. *sacro*, de sent. excomm. et vide in cap. *constitutionem*, vers. *statuimus quoque*, de sent. excomm. lib. 6. et præcedit in tantum, quod etiam si pars consentiat, et se obliget, ut possit excommunicari sine monitione, adhuc requiritur monitio, quia hæc monitio est introducta in favorem publicum, et non possunt partes illi renuntiare, secundum Anton. et Abb. in cap. *P. et G. de offic. deleg.* ubi Abb. colum. 2. Sicut neque potest quis se obligare, ut sine causæ cognitione et sine contumacia possit excommunicari, cap. *nemo*, 2. quæst. 1. cap. *nemo*, et cap. *nullus*, 11. quæst. 3. Si igitur volueris obligare aliquem ad poenam excommunicationis, non facias hoc fieri per viam pacti, sed facias, quod iudex, consentiente debitor, ferat sententiam excommunicationis sub conditione, nisi satisfecerit in termino, nam tunc lapsa termino, sine alia monitione

erit excommunicatus, secundum Abb. post alios in dict. cap. *P. et G.* colum. 3. Adverte etiam, quod excommunicatus monitione non præmissa, contra tenorem dicti cap. *sacro*, debet statim sine aliqua cautione, neque juramento de parendo mandatis Ecclesie, absolvi sine difficultate aliqua, ut tradit Abb. in cap. *ab excommunicato*, eolum. 4. de rescrip. et an præsumatur monitio post decemdiu? Vide Abb. quod non, in cap. *ad reprimendam*, in fin. de offic. ordin. vide etiam supra 1. proxima aliquas fallentias ad istam regulam, quæ tamen proprie non sunt fallentia, quia ibi præcessit monitio et contumacia.

(2) *Por escrito*. Vide in cap. 1. de sentent. excomm. lib. 6. ubi Glossa limitat, nisi cum esset periculum in mora, et non erant necessaria ad scribendam.

(3) *Firmada con testigos*. Loquitur de litteris testimoniatibus, de quibus in dict. cap. 1. de sent. excomm. lib. 6. unde sufficiet scriptura notarii cum testibus in instrumento descriptis, qui adfuerint requisitioni, licet testes se non subscribant.

(4) *Sentencias*. Adde dict. cap. 1. de sent. excomm. lib. 6.

LEY XIII.—Quien puede fazer la descomulgacion que llaman solenne, e en que manera deue ser fecha.

Estremada manera ay para descomulgar con solemnidad, que pertenesce a los Obispos (1), tan solamente, e non a los otros Perlados menores. Esta se haze desta guisa: el Obispo que ouiere a dar esta sententia, deue auer consigo doce Clerigos (2) Missacitanos, que tengan cada vno dellos en la mano sendas candelas encendidas, e deuen tañer las campanas; e estonce deue de dezir el Obispo, como descomulga algun ome, o muger, nombrando qualquier dellos por su nome, faziendo saber a todos los que y estouieren, porque razon lo haze, diziendo assi: que lo echa fuera del seno de Santa Iglesia, e lo aparta de todos los bienes que se fazen en ella. E quando esto ouiere dicho, deue tomar vna candela, e echarla en tierra, e amatarla con los pies (3), o en el agua, segun costumbran en algunas Iglesias. Esso mismo deuen fazer los otros Clerigos, que las candelas touieren encendidas en las manos. E estonce deue dezir el Obispo: Que assi sea muerta su alma de aquel que descomulgan, como mueren aquellas candelas, si non fiziere enmienda a Santa Iglesia, de aquello porque lo echan della. E por desprecio de aquel, non deue ninguno tomar aquellas candelas, para seruirse dellas, mas deuenlos alli dejar por desechadas. E despues, deuelo el Obispo fazer saber con sus cartas, por todas las Iglesias de su Obispado, quien es aquel a quien descomulgo assi, e porque razon lo fizo, e que se guarden de fablar, e de se acompañar con el. E esta descomunion llama Santa Iglesia, Anathema (4), que quiere tanto dezir, como espada del Obispo, con que deue matar a los que fazen grandes pecados, e non se quieren enmendar.

LEY XIII.—Anathematis sententia, quæ mæro Episcopalis dicitur, fertur per solum Episcopum; non per minores Prælatos, et debent adesse duodecim presbyteri, candelas singulas accensas tenentes manibus, et campanis pulsatis. Episcopus exprimat quem, et ex qua causa excommunicat; et quod separat eum à sinu Ecclesie, bonisque in ea fiendis; quo dicto projiciat unam candelam accensam, quam pedibus, vel in aquam projectam extinguat; quod faciant similiter presbyteri, dicatque Episcopus: Sit moriatur ejus anima, sicut candela istæ, nisi ad emendam sancte Ecclesie aspiraverit: nullusque accipiat candelas illas, sed ibi projectæ remaneant, et denuntiatur hoc per Ecclesias diocesis. Hoc dicit.

(1) *A los Obispos*. Anathematizari solis Episcopis competit, ut

hic, et per Gloss. in cap. *cum ab Ecclesiarum*, de offic. ord. et in cap. *nemo*, 2. q. 1.

(2) *Doze Clerigos*. Concordat cum cap. *debeni*, 11. quæst. 5.

(3) *Matarla con los pies*. Et istæ candelæ ad nullum usum debent sumi, sed foras projici, Gloss. in dict. cap. *debeni*, et subicit statim ista lex, et adde Bald. in l. fin. circa fin. *C. si pend. appellat. mors interu.*

(4) *Anathema*. Hoc non est majoris roboris, quam simplex excommunicatio, nisi quoad opinionem hominum, et quia non potest absolvi, nisi cum eadem solemnitate, secundum Abb. in cap. *cum contingat*, col. 45. de foro comp. vide etiam Abb. in dict. cap. *cum ab Ecclesiarum*, de offic. ordin. et cap. *cum aliquis*, 11. quæst. 5. et l. 27. infra eod. et omnis publica autoritas est anathematizatis, seu publicè excommunicatis interdicta: vide Bald. in vers. fin. de pace Constant.

LEY XIV.—Que departimiento ay entre el entredicho, e la suspension.

Entredicho e suspension son dos maneras de sententia de menor descomulgamiento (1), que pone la Iglesia (2) a las vezes, por poner pena a los rebeldes. E entredicho tanto quiere dezir en latin, como vedamiento en romance, que pone por pena sobre los logares, en que fazen las cosas, porque deuen ser entredichos. Assi como quando viedan la Iglesia, por los yerros que fazen sus parrochianos (3), e non quieren fazer enmienda dellos: o quando entredizen todas las Iglesias de la Villa, por culpa del pueblo, que son rebeldes en alguna manera, e non se quieren emendar, o quando viedan toda vna tierra, o vn Reyno (4), por culpa del Señor (5) della. E suspension (6) tanto quiere dezir, como tener el ome colgado, e non lo dexar vsar de su officio, nin de su Beneficio, non gelo tollendo del todo. E esta pena ponen sobre las personas de los omes, por los yerros que fazen cada vno dellos.

LEX XIV.—Per culpam clericorum seu parochianorum interdictur ecclesia, propter culpam populi omnes ecclesie civitatis, et totum regnum propter culpam domini; propter culpam autem clerici suspendi potest ab officio et beneficio. Hoc dicit.

(1) *De menor descomulgamiento*. Inter censuras ecclesiasticas major est excommunicatio, cap. *corrumpantur*, 24. quæst. 5. et ideo incipere debet iudex à suspensione, seu interdicto personæ, et demum venire ad excommunicationem: quod est contra Prælatos nostri temporis, qui immediatè pro qualibet causa fulminant sententiam excommunicationis, et frequenter Ecclesia ducitur in contemptum, cap. *clericos*, ubi Abb. 2. notab. de cohab. cleric. et mulier.

(2) *La Iglesia*. Si in villa vel castro sit tantum una ecclesia, et illa interdicatur, dicitur generale interdictum, cap. *cum in partibus*, et ibi Joan. Andr. de verbor. signif. quando enim universitas unius loci interdicatur, sive locus sit parvus, sive magnus, si in villa sit tantum ecclesia, tamen quia apta est habere plures ecclesias, et sic continet in se universitatem, dicitur generale interdictum, ut declarat Abb. in dict. cap. *cum in partibus*, quod est notandum ad constitutionem Bonifacii VIII. incipit: *Providè attendentes*, qua cavetur, quod pro pecuniario debito, non debet fieri interdictum generale per Ordinarium vel delegatum sine speciali licentia Papæ. Erit ergo particulare interdictum, quando una ecclesia vel plures ecclesie specificè, et non sub nomine universitatis interdicuntur, ut in dict. cap. *cum in partibus*.

(3) *Sus parrochianos*. Ex delicto unius parrochiani potest Episcopus interdicerè unam parrochiam, vide textum in cap. *si canonici* §. *si autem*, de off. ordin. lib. 6.

(4) *Vn Reyno*. Vide in cap. *non est vobis*, de sponsal.

(5) *Del Señor*. Et cum propter delictum domini vel rectoris civitas est interdicta, cives ejusdem, qui culpabiles non existunt, possunt extra ipsam licitè interesse divinis, dummodo et ipsi (propter dominum vel rectorem puniendum in eis) non fuerint interdicti

cap. si sententia, de sentent. excomm. lib. 6. et est speciale in pena interditi, ut unus puniatur pro alio, Gloss. 1. quæst. 4. in summ. et Glos. 24. quæst. 3. in sup. et an propter factum Episcopi possit civitas, cui præstet Episcopus, vel diocesis sua subijci interdicto, vide Abb. in cap. sané, el 2. de offic. delegat. ubi vult, quod non quando civitas quoad temporalem jurisdictionem (a) non pertineret Episcopo. Felin. tamen ibi vult contrarium: videas ibi per eos, et nota, quod qui præbet occasionem interdicto civitatis, vel alicujus castri, vel alicujus parochie, tenetur ad restitutionem damnorum, quæ ecclesia et religiosi et hospitalia illius loci occasione interdicti in oblationibus et elemosynis passa sunt, textus cum glossa in cap. si canonici, vers. si autem, de offic. ordin. lib. 6. quam glossam dicit singularem, et multum signandam Jason. in l. 2. §. fin. ad finem ff. de verbor. obligat.

(6) *Suspensio.* Suspensio, ut hic sumitur, est quedam censura ecclesiastica, qua interdicitur aliquod officium vel exercitium competens certæ personæ ecclesiasticæ, aliquando à jure, aliquando à iudice prolata: vide Gloss. in cap. ad reprimendam, de offic. ordin. et in Clement. cupientes, de penis, ubi glossa magistralis de variis speciebus suspensionis.

LEY XV.—Quales Sacramentos deuen dar en los logares entredichos, o cuales non.

Vedar e entredecir pueden los Perlados las Iglesias, e los logares por las razones que dizen las leyes ante desta: e touo por bien Santa Iglesia de mostrar, que daño se sigue a los omes por ser las Iglesias entredichas, o los logares. E es este: que en ninguna Iglesia que sea vedada, non deuen tañer campanas (1), nin dezir las Horas (2), nin soterrar los muertos (3), nin dar los Sacramentos (4) a ninguno de los parrochianos dellas; fueras ende el Baptismo (5), que non deben toller a ninguno, e la Penitencia, e la Comunión, que deuen dar a los enfermos (6); e avn a los que fueren sanos pueden confessar, cuando tomassen la cruz (7) para ir contra los enemigos de la Fe, quier fuessen de aquellos logares mismos, o de otros. Esso mismo pueden fazer a todos los pelegrinos, que passaren por aquellas tierras. E esto les otorgo Santa Iglesia, por honrra de nuestro Señor Jesu Christo, que fue puesto en la cruz.

LEY XV.—In ecclesia interdicta non pulsantur campanæ, nec dicuntur Horæ divinæ, nec mortui sepeliuntur, nec ministrantur ecclesiastica sacramenta, præter baptismum. Item penitentia sacramentum et Eucharistia ministrari potest infirmis, et etiam sanis crucis signatis, et peregrinis transeuntibus. Hoc dicit.

(1) *Non deuen tañer campanas.* Adde cap. quod in te, de penitent. et remiss. et cap. Alma mater, de sent. excomm. lib. 6.

(2) *Nin dezir las Horas.* Adde cap. non est vobis, de sponsal. et cap. quod in te, de penitent. et remiss. et cap. permitimus, de sentent. excomm. hodie hoc recipit immutationem per cap. fin. de sent. excomm. lib. 6. ubi statuitur, quod in omnibus ecclesiis interdictis, si non sit specialiter interdicta, possunt claudesinè januis clausis celebrari divina, et in quatuor festivitibus anni, de quibus ibi, potest celebrari publicè, et idem in festo Corporis Christi cum suis octavis, ut in bulla Eugenii continetur; non tamen in talibus festivitibus poterit tempore interdicti Corpus Christi ministrari sanis, secundum Joan. Andr. in novella, in dict. cap. fin. An autem in dictis festivitibus possit concedi ecclesiastica sepultura? Gloss. quod non, in Clement. 1. de sepulturis, et ibi Joan. de Imol. et Philippus Francus in dict. cap. fin. vers. in festivitibus, licet contrarium voluit Calderin. in tract. de ecclesia interdicta; et adde Gloss. in cap. omnis, 24. quæst. 1. dicentem, quod in ecclesia interdicta orare possunt, tacitè tamen.

(3) *Nin soterrar los muertos.* Adde dict. cap. quod in te, et cap. cum illorum, de sentent. excomm. cap. cum in partibus, de verbor.

(4) En España non hay ya prelados eclesiásticos con jurisdicción secular. Véase nuestra nota á la L. 32, tit. 6 de esta Partida.

signific. et Clement. eos, de sepult. et cap. cum et plantere vers. quod si, et cap. ut privilegia, de privilegiis, et Clement. eos, de sepultur. sepeliantur ergò tunc in campis, vel aliis locis privatis, ut dicit Gloss. in dicta Clement. eos, dum tamen fiat sine divino officio, ut tradit Calderinus in tractat. de ecclesiastico interdicto, fol. 8. colum. 4. ad finem: et relaxato interdicto poterunt in cæmeteriis ecclesiasticis sepeliri, qui sic in locis privatis sepulti fuerint, si in eis tempore mortis apparuerunt signa contritionis et penitentia, secundum Innoc. et Hostiens. in cap. tanta, de excess. Prælat. quid autem quando ecclesia est specialiter interdicta, vide quæ dico in 1. sequenti.

(4) *Nin dar los sacramentos.* Vide in dict. cap. non est vobis, et dict. cap. quod in te, et cap. responso, de sentent. excomm.

(5) *Fueras ende el Baptismo.* Intellige sive sit parvulorum sive adultorum, dict. cap. non est vobis, et cap. quoniam, de sentent. excomm.

(6) *Dar a los enfermos.* Hodie penitentia conceditur omnibus, dum tamen non fuerint causa interdicti, vel auxilium præbuerint, vide cap. fin. de sentent. excomm. lib. 6. Quod tamen hic, et in dict. cap. quod in te, dicitur de viatico, non recipit immutationem, quia nihil in dict. cap. fin. dicitur de viatico; poterit ergò exhiberi decedentibus, secundum Abb. in dict. cap. quod in te. 1. notab.

(7) *La cruz.* Vide in dict. cap. quod in te.

LEY XVI.—Que pueden fazer los Clerigos en los logares entredichos.

General (1) seyendo el deuedo, sobre alguna tierra, o Villa, o sobre todo vn Reyno, como quier que dize en la ley ante desta, que non deuen soterrar a ninguno, touo por bien Santa Iglesia, que los Clerigos (2) que muriessen en el tiempo de deuedo, aquellos que guardassen bien la sentencia, que los soterrassen en el Cementerio; pero deuenlo fazer callando, non tañendo campanas, nin faziendo las otras cosas de honrra, que fazen a los muertos, quando los soterran en los logares do non son vedadas las Iglesias. E otrosi otorgo Santa Iglesia, que en las Iglesias Cathedralas, o Conventuales, podiessen dezir las Horas (3), dos o tres en vno, e que las dixessen baxamente, que las non podiessen oyr de fuera, seyendo las puertas cerradas, e que non tañessen campanas, e que echessen de la Iglesia, ante que las dixessen, a todos los vedados e descomulgados que y fuessen.

LEY XVI.—Loco, terra, vel regno interdicto, datur sepultura clericis interdictum servantibus in ecclesiæ cæmeterio, sub silentio, campanis non pulsatis, et sine pompa consueta. Item in ecclesiis cathedralibus vel conventualibus, bini, vel tres simul, submissa voce, clausis januis, campanis non pulsatis, interdictis et excommunicatis exclusis, possunt Horas recitare. Hoc dicit.

(1) *General.* Vide quæ dixi supra eod. l. 14.

(2) *Que los Clerigos.* Adde eap. quod in te, de penit. et remiss. quid autem, si ecclesia sit specialiter interdicta, an tunc clerici sepeliri possint in illa? Vide per Abb. ibidem, et per Sylvestr. in summ. part. interdictum, la 5. §. 8. queritur, vers. quintum, ubi etiam, quod laici non possunt ibi sepeliri, et refert Innoc. in cap. tanta, de excess. Prælat. n. 5. ad fin. quod neque privilegiati possent ibi sepeliri, quando ecclesia est specialiter interdicta: et idem vult ibi Joan. Andr. et idem Joan. Andr. in cap. ut privilegia, de privileg. licet referat ibi Hostiens. volentem contrarium, quando privilegiati non essent excommunicati, vel nominatim interdicti, et certè videtur, quod privilegiati super auditione divinorum tempore interdicti, vel quod cadaveribus eorum detur ecclesiastica sepultura, debeat intelligi in interdicto generali, secus in interdicto speciali certæ ecclesiæ, vel certi loci singularis: ad quod etiam facit, quod notat Joan. Andr. contra Hostiens. in cap. quæsiuit, de his que fiunt à meior. part. cap. ubi dicit, quod Episcopus qui est privilegiatus, ut tempore interdicti possit celebrare, ut in cap. quod nonnullis, de privileg. non poterit celebrare in ecclesia specialiter interdicta, vel loco singulari specialiter interdicto, et sequitur ibi Abb. et Sylvestr.

in summ. in verbo interdictum, la 5. §. quinto, queritur, vers. qui cum Episcopis: et Joan. Andr. ibi intelligit cap. fin. de sentent. excomm. lib. 6: loqui de generali, non de specialiter interdicto, ut etiam dicit Glossa in verbo ecclesiis, in dict. cap. fin. Si tamen in loco non esset alia ecclesia, nisi illa, quæ specialiter est interdicta, videtur velle Abb. in dict. cap. quod in te, quod privilegiatus possit ibi sepeliri, ex quo ibi non est alia ecclesia non interdicta, et cum Abb. transit. Sylvestr. ubi supra. Et an interdictum speciale super ecclesiis certi loci comprehendat monasteria? Videtur, quod non: quia in materia odiosa, appellatione ecclesiarum non comprehenduntur monasteria, secundum Cardin. in Clement. 2. de judic. quæst. 3. licet in materia favorabili sic, ut tradit Joan. Andr. in novella, in cap. 2. de in integr. restit. lib. 6. Dominicus in cap. grandi, de supplen. negl. Prælat. sed ad decisionem hujus quæstionis oportet examinare, an materia interdicti sit dicenda pœnalis, vel favorabilis, de quo vide Abb. in cap. 1. colum. 5. de postul. prælat. volentem, quod sit favorabilis, et largè interpretanda, et in cap. cum in partibus, ad fin. de verbor. signific.

(3) *Dezir las Horas.* Vide in dict. cap. quod in te, et quod hodie habetur in cap. fin. de sentent. excomm. lib. 6.

LEY XVII.—En quantas maneras ponen sentencias de suspensio los Perlados, e que cosas non deuen fazer mientra que estuviessen en ellas.

Suspension ponen los Perlados por pena sobre los omes, por los yerros que fazen cada vno dellos, segund dize en la tercera ley ante desta. E esta sentencia ponen de muchas maneras. Ca a las vegadas cae esta suspensio sobre los Obispos, tambien como sobre los otros Clerigos, vedandolos de officio, e a las vegadas de Beneficio, e de juridicion, segun los yerros que fazen; e avn viedanles por mayor pena, tambien a ellos como a los legos, que non entren en la Iglesia. E si fuere Obispo, aquel a quien vedaron de officio, non deve dezir las Horas publicamente como ante, nin consagrar, nin confirmar, nin dar Ordenes, nin puede fazer ninguna otra cosa de aquellas que pertenescen fazer de su officio, por razon de la Orden que ha. Pero bien puede vsar de su juridicion (1); assi como dar los Beneficios, e descomulgar (2), e vedar, e judgar los pleytos, e todas las otras cosas que pertenescen por razon de ello. Mas si fuesse vedado de la juridicion (3), e de officio, non puede fazer ninguna cosa de las sobredichas, pero puede rescebir las rentas de la Iglesia, fueras ende, si quando le viedan, le dizen señaladamente, que las non tome, o lo vedassen de officio, e de Beneficio (4). Esso mismo seria en aquellos que vieda el derecho escripto (5); ea los que son vedados de officio, non se entiende que son de Beneficio, fueras ende si en derecho fuesse escripto, quien tal pecado fiziere, sea vedado de officio, o de Beneficio, ea la pena non se estiende a mas de quanto dize la sentencia del derecho, o del Perlado que la da. Pero si algunos de los Perlados menores que han juridicion, fiziesen gran pecado, de aquellos que son llamados en latin enormes, que quiere tanto dezir, como muy desaguisados (6), e le vedasse algun Perlado por el de officio por toda via, entiendese por esso, que la vieda de Beneficio, como quier que lo non diga señaladamente, quando le pone el deuedo. Mas si lo suspendiesse tan solamente de Beneficio (7), estonce bien puede vsar de las cosas que deve fazer por razon de su officio; e si de la juridicion (8) fuere vedado, no deve vsar de ella, mas puede vsar de su officio, e tomar

los beneficios, que deve auer por razon del. E si fuer priuado de officio, e de Beneficio (9), non deve vsar de ninguno dellos. E si le vedaren que non entre en la Iglesia (10), bien puede vsar de todas las otras cosas, que deve fazer, fueras ende en aquellas cosas que non pueden ser fechas, si non en ella. Pero seyendo vedado otro Clerigo qualquier que non touiesse juridicion (11), si el Perlado lo vedasse tan solamente de officio, non se entiende que lo es de Beneficio; e si lo priuasse de Beneficio, non le vieda que non diga las Horas, nin faga las otras cosas que deve fazer de su officio; e si le vieda que non entre en la Iglesia, non le tuelle que non pueda vsar de su officio fuera della.

LEY XVII.—Episcopus ad officio interdictus non potest cum aliis publicè Horas dicere, neque ea, quæ sunt Episcopalis ordinis exercere, quæ tamen sunt jurisdictionis, sic. Si tamen interdictus fuerit ab officio et jurisdictione, nihil etiam jurisdictionale exercebit; percipere tamen poterit redditus ecclesiæ, nisi et hoc sibi sit vetitum, seu suspensus sit ab officio et beneficio. Item suspensus ab officio non intelligitur suspensus à beneficio. Si tamen Prælati (Episcopo minor) suspendatur ab officio ab aliquo Prælato, intelligitur etiam suspensus à beneficio; non sic si suspendatur à beneficio, quia non censetur suspensus ab officio; qui si à jurisdictione tantum suspendatur, non intelligitur suspensus ab officio et beneficio, secus tamen, cum ab utroque fuerit suspensus. Item cui est ecclesiæ interdictus ingressus, poterit exercere officium suum extra eam, et ab his tantum est interdictus, quæ aliàs quàm in ecclesia fieri non possunt. Hoc dicit.

(1) *De su juridicion.* Quando Episcopus suspenditur à pontificalibus, solum censetur suspensus ab his, quæ dependunt ab ordine pontificali; et non ab aliis, secundum Innoc. et Abb. in cap. cum dilectus, de consuet. et Joan. Andr. in cap. 1. de sentent. excomm. lib. 6. in novella; unde, sic suspensus, potest exercere jurisdictionalia separata ab his, quæ sunt ordinis pontificalis, ut in cap. transmissam, de elect. Innoc. et Abb. in dict. cap. dilectus, super gloss. in verbo à suspensio. Si verò Episcopus simpliciter suspendatur ab officio, dicit Innoc. et clarius Abb. in dict. cap. cum dilectus, quod videtur suspensus necdum ab ordine, sed etiam ab omni officio clericali; quod et videtur velle lex ista Partitarum, cum superius dixit, non deve dezir las Horas publicamente. An tamen tunc poterit Episcopus ita simpliciter suspensus ab officio exercere jurisdictionem spiritualem? Lex ista decidit, quod sic, et sequitur opinionem antiquorum illorum, quos refert Gloss. in dict. cap. cum dilectus, quam opinionem tenuit glossa 1. in cap. audivimus, 24. quæst. 1. et ibi Archid. et Vincen. in dict. cap. cum dilectus; Glossa tamen in dict. cap. cum dilectus, quam sequuntur Innoc. Compostellanus, Joan. Andr. Joan. de Imol. et Abb. dicunt contrarium; cum enim secundum eos fundamentum jurisdictionis spiritualis sit officium, si suspenditur à fundamento, videtur suspensus ab omni edificio, quod est supra fundamentum, et sic per consequens videtur suspensus à jurisdictione spirituali; et ista est communior opinio inter Canonistas, prout etiam attestatur Sylvestr. in summ. in verbo suspensio, vers. 3. queritur; tene ergò menti istam legem Partitarum; quæ decidit contrarium, et approbat contrariam opinionem, vel fortè poteris dicere, quod ista lex possit reduci ad communem opinionem, intelligendo eam, quod suspensio officii facta Episcopo intelligatur de officio pontificali, seu de pontificalibus tantum, quo casu Doctores omnes fatentur, exercere posse jurisdictionem spiritualem, ut dixi; et cum dicit, quod taliter suspensus non potest dicere publicè Horas, sicut antea, intellige utens pontificalibus; et certè videtur iste intellectus accomodatus, quia considerari debet persona cui fit suspensio, argum. 1. plenum, §. acquitii, ff. de usu et habitat. quia verba intelliguntur secundum qualitatem persone, cui referuntur, ut tradit eleganter Jason. in l. stipulatio ista, §. hi qui, ff. de verbor. obligat. facit quod notat Bald. in l. 4. C. ne sine juss. princ. cert. judic. liceat confisc. et in l. liberti, colum. 4. C. de openis libertor. facit l. post mortem, §. 1. ff. quando ex facto tutor. In Episcopo enim alia sunt ordinis, alia jurisdictionis, et bene potest suspendi quoad unum, et tamen in alio non est suspensus, argum.